

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

Disputatio XX. De veritate & cognoscibilitate Mysterij SS. Trinitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73455](#)

T R A C T A T U S I I.
D E
D E O T R I N O
P R O L O Q U I U M .

Best Unius DEI considerationem ad DEI Trini contemplationem Te invito, Amice Lector; non certe velut ad apricam, & multo sole irradiatam planitatem: sed velut ad antrum Sibyllæ, & sacrâ caligine obtectos calles. Quid enim, obsecro, ab humana ratione remotius, quid subtilius & abstrusius SS. Trinitatis Mysterio? Cæcum hic sequitur ducem, qui lucem sequitur rationis naturalis; futurus semper in periculo, Ne Scrutator Majestatis opprimetur à gloria. Proverb. 25. Nihilominus ad istud caliginosum iter Te invito. Etsi enim laboriosum est, imo teste Augustino l. 1. de Trinit. c. 3. Nec laboriosus aliquid queritur, tamen eodem attestante, nec fructuosus aliquid invenitur. Totius hic nostræ Fidei fundamentum, cuius cognitioni ipsa per baptismum regeneratione addicimur & initiamur. Neque caliginem, aut lapsum metuas. Captivato in obsequium Fidei intellectu, lumen præfert fides Catholica. Si quid obscuritatis affundant Scholasticæ subtilitates, faciem accendit Angelica D. Thomæ Aquinatis claritas. Cujus per omnia Doctrinam, & Doctrinæ ordinem sequi intendo. Ideo præmissis, quæ ad hujus mysterii existentiam & cognoscibilitatem pertinent, in primis Divinas Processiones, tanquam nostro concipiendi modo fundamenta Relationum, tum Relationes, seu constitutiva Personarum; demum ipsas Personas contemplationi Tua objicio, & cum S. Doctore in Missionibus earundem desino. Vale & fave.

D I S P U T A T I O X X .

D E

Veritate & cognoscibilitate mysterii
SS. Trinitatis.

SS. Trinitatis mysterium, cui tota Christiana fides innititur, in eo consistit, quod una indivisa & singularis essentia subsistat in tribus Personis, à se invicem realiter distinctis; & reciprocè, tres personæ, Pater, Filius, & Spiritus S. à se invicem realiter distinctæ sint unius ejusdemque substantiæ. Contra quam veritatem, ut sanctam Catholicam fidem in ipsa radice opprimeret, varios hostes, & jam à primis Ecclesiæ temporibus excitavit pater mendacii. Ideo Theologi fungemur officio, si in præsenti Tractatu hoc principale mysterium nostræ S. fidei adverbius ipsius adverbius propugnabimus, corum tela confringemus, atque abstrusas difficultates pro viribus elucidare conabimur: nunc relatas contra SS. Trinitatem hæreses referre, refellere, veritatem stabilire, objecta solvere, cognoscibilitatem quoque tanti mysterii disquirere, negotium erit.

ARTI-

ARTICULUS I.

De veritate & existentia hujus mysterii.

SUMMARI A.

1. *Triplex genus hæresum contra SS. Trinitatem.*
2. *Hæresis Ariana.*
3. *Eius condemnatio, & Symbolum Nicanum.*
4. *Refutata per novatores.*
5. *Hæresis Sabelliana.*
6. *Hæresis Macedoniana & pneumatomachorum.*
7. *Veritas Catholicæ ex Conciliis & Symbolis.*
8. *Confessio SS. Trinitatis S. Gregorio Thaumaturgo revelata.*
9. *Argumenta ex veteri testamento, snaudentia pluralitatem suppositorum in una natura.*
10. *Alia experimentis Trinitatem.*
11. *Testimonia ex psalmis.*
12. *Ex tristagio Iosie.*
13. *Implantatum mysterium Trinitatis nomini tetragrammaton.*
14. *Testimonia veteris testamenti indicantia professionem.*
15. *Testimonia novi testamenti.*
16. *Eliditur responsio adversariorum.*
17. *Textus Evangelici pro Verbi consubstantiatione.*
18. *Dicitur consubstantialis Spiritus S. è scripturis.*
19. *Solvuntur objectiones hereticorum.*

§. I.

Referuntur errores & hæreses contra SS. Trinitatem.

Quamvis complures hæreses, earumque Autores numerati possint, qui aversus SS. Trinitatis mysterium impia dogmata evocuerunt, in triplicem tamen classem commodè referri possunt. Quarum prima est Arianorum, Verbo & Filio Divino equalitatem ac consubstantialitatem cum Patre directè (indirectè Spiritui S.) denegantium, eumque proinde in temporalium creaturarum ordinem redigentium. Altera est Sabellianorum Arianoismo opposita; qua omnem & substantiali distinctionem Personarum in Divinis tollit, ac Verbum & Spiritum S. non nisi denominativè & accidentaliter à Persona Patris distinguere contendit. Tertia est Macedonianorum, quam excitatunt Discipuli Arii Macedonius & Apollinaris, qui præter alios errores directè (nam indirectè id ab Ario jam præstictum) Divinitatem Spiritus S. oppugnâunt.

Arianismus igitur nomen & propagationem suam Ario debet; originem vero Origeni Adamantio, à quo blasphemati gradationem & iniquitatem in mysterium Trinitatis introducunt, quod Filius, Filio Spiritus S. sit natura, bonitate, dignitate posterior in libro *ad Hieron.*, disertè perhibet S. Hieron. in epist. ad Arium, & S. Epiphanius in epist. ad Jo. Hieronim. ubi Originem Arii patrem nuncupat; imò jam antè Hermogenes, ut habet Baron. ad an. 170. in similem impietatem erupit, ut creatures necessariò & ab aeterno productas, Filium verò & Spiritum S. liberè & in tempore à Patre productos

B b 3

assereret. Porro Arius in Libya natus, & à S. Petro Martyre Alexandrina Ecclesia Diaconus ordinatus, deinde ob Schismatis Miletiani communionem iteratò ab eodem D. Petro anathematice perculsus fuit, qui & paulò ante martyrium Achilla & Alexandro Presbyteris, pro Ario interpellantibus, edixit, sibi à Christo apparente revelatum, quod Arius suam veltum, qua est Ecclesia, confidisset, idéoque monuit, ne, cùm sibi in Ecclesia Alexandrina regimine (ut divinus agnoverat) successissent, Arium unquam in communionem admitterent. Summa Arianismi, ut apud Eminentissimum de Aguirre testantur S. Athanas. orat. 2. & Alexander Episcopus Alexandriae in epist. ad omnes orthodoxos, erat, Filium DEI aliquando non frusse, proinde productum ex non entibus, h. c. ex nihilo, mutationis, virtutis & virtutis capacem, creaturam & officium DEI; quo velut instrumento Pater usus fuerit ad productionem aliarum creaturarum.

Ad hanc hæresin opprimendam sub Constantino M. coactum est ex toto orbe Concilium Nicenum, quod inter ecumenica primum numeratur; ubi præsidente per legatos B. Sylvestro Papam trecentis & octodecim Patribus seu Episcopis, inter quos multi sanctitate & miraculis conspicui, hæresis Ariana condemnata & symbolo Apostolico præter alias particulas, vox hominum, seu consubstantialis Patri, addita fuit, quā tanquam tessera Catholici ab Arianiis dignolcentur: isti enim tametsi Filium òmnes, hominum, h. e. similem in substantia faterentur, òmnes, tamen, hoc est, ejusdem substantia & consubstantiale esse negabant. Subscripti sunt quidem Nicenae definitioni Arius, Episcopis quoque fautoribus ipsius in communionem receptis: sed interea venenum pestore coquens, & undique turbas movens, cùm per vim conaretur ab Alexandrino Episcopo Constantinopolit. communionem extorquere, divinâ ulcione prævenitus infami morte è vita ejectus est. Nec inde tamen malorum finis; cùm pestilentissima hæresis totum non modò Orientem, sed & Occidentem, ope potissimum hereticorum Imperatorum, plurimis annis vexaret.

Eandem demum hæresin multis saeculis obliuione sepultam resuscitare conatus est Michael Servetus, hac cadente de causa, & quidem ipsius Calvini suffragio à Genevensibus vivus flammis addicatus. An vero non eodem suffragio libi ipsi Calvinus jus dixerit, viderint ipsius alumni, quando legunt in ipsius opus. contra Gentilera edito an. 1566. *Nomen DEI per prærogativam propriæ attributi Patri.* & approbatem illam hæreticam & olim ab Hermogene dissimilatam propositionem Valentini Gentilis: *DEVS ponit generare & producere, quia voluit.* ex quibus manifestè sequitur, Filium & Spiritum S. twinus propriè DEUM esse, adeoque in Divinitate Patri inæquales: item, non illi necessariò, sed liberè & contingenter productos, adeoque neque per es-

sen-

lentiam coeteros & immutabiles. Ibidem inquit, *Filiū personam non nōs improprie Creatorem celi & terra nominari. Impropriam esse & duram orationem & illam Symboli Nicenī : DEVS de DEO. Illud quoque testimonium Jo. 16. Ego & Pater unus sumus, ex quo PP. Concilii Nicenī Christi Divinitatem & consubstantialitatem contra Arianos intulerunt, ad significandam voluntatum conformitatem juxta Arianorum interpretationem detorquet. Et in cit. opusc. pag. 1973. *Solidam, vacuum, & profanum vocat eorum fidem, qui sentiunt credere in D E V M esse credere in Trinitatem. Quorum plura similia vid. apud Gualterium in aeculo 16. c. 15. & Eminens, nostrum d' Aguirre to. 2. c. 30. disp. 54. sect. 2. Nec melior Calvinus Lutherus, qui apud Valentiam l. 1. de Trinitate, c. 7. *Anima mea odit vocabulum homonimia, in Germanicis Lycanius an. 1543. editio expunxit illam invocationem: S. Trinitas unus DEVS miserere nobis. & ex ep. 1. Joa. c. 1. illa verbi, quibus mysterium SS. Trinitatis disertè exprimitur: Tres sunt, qui testimoniā dant in celo, Pater, Verbum & Spiritus S. & hi tres unum sunt.***

S. Sabellius etiam ex Libya oriundus circa annum Christi 257. assertur, DEUM ut in natura, sic etiam singulare esse in persona, quæ de Divinorum personarum distinctione in S. Scripturis legitimus, ad diversas energias, munias, functiones referebat, dicens: unam eandemque trinominem personam appellari Patrem, prout est rerum omnium principium; Filium, prout est sapientia appartenens & loquens in terris; Spiritum S. protit est Author Sanctitatis. Ejus verba fueré, quæ refert S. Athanas. orat. contra Arianos: *quemadmodum diversa sunt genera gratiarum, idem autem Spiritus, ita quoque Pater, cùm idem sit, dilatatur in Filium & Spiritum, quem errorem sub aliorum Authorum nominibus jam praecepsit SS. PP. agnoscunt. Nam S. Hilarius l. 2. de Trinitate hunc errorē tribuit antiquissimis Ebionitis, dicentibus: Verbum in carnem delapsum nihil aliud fuisse, quam sonum vocis. Cujus erroris confutandi gratia D. Joannes suum Evangelium edidit. Eādem instanti delirarunt Patripassiani, quorum meminit S. Cyprianus ep. 72. sic dicit, quod astruerent personam Patris, utpote à categoris indistinctam, pro nobis fuisse passum & crucifixam. Eundem errorē, & confusionem 3. personarum in unum, docuit Praxexas quidam special libro refutatus à Terrulliano, à quo Praxeani, & Nocte, à quo Noctiani, prout fatetur S. August. in l. de hæresibus, ad quod vult DEUM.*

Eandem impietatem effutuit Michael Servetus eum suis aseclis, quem citarus Valentia propter recte appellat, *monstrum quoddam ex omnibus pene fabulis atque erroribus veterum hereticorum compositum.* Nec multum abusit Calvinus, quando l. 1. infit. c. 13. §. 16. definit, personam esse *reäsentiam in essentia Divina.* Unde & Gualterius testatur, Doctorem Calvinianum à se interrogatum, quid de tribus personis divinis sentiret, audacter respondisse: *tres personas Divinas esse tria officia, quomodo nec Sabellius suam impietatem brevius aut melius expressisset.*

Hæretici, qui Spiritus S. Divinitatem impugnârunt, aut dignitatem deprecesserunt, universi vocantur pneumatomachi. Horum aucti signum fuit Simon Magus, ausus dicere se esse Spiritum S. Montanista quoque seu Cataphryges idem dicuntur afferuisse de sua sc̄ta principe Montano. Origenes quoque teste S. Hieronymo loco cit. Spiritum S. honore & dignitate Patri, Filioque postposuit.

Post Nicenū denique Concilium, in quo, cum nulla specialis disputatio de persona Spiritus S. moveretur, etiam nihil specialiter de illa definitum fuit, teste tamen S. Athanasio in epist. ad Episc. Afric. per has ipsas voces post Filii divinitatem adiectas: (*Credimus & in Spiritum S. perfectam & plenam de S. Trinitate fidem, confessum neque absolvere voluerunt*) emiserunt Acrius, à quo Acriani, Eunomius, à quo Anomæi, & Macedonius, à quo Macedoniani, qui omnes uno ore Spiritus S. Divinitatem oppugnârunt, ut testatur S. Basil. epist. 78. & S. Gregor. Nazianzen. ep. 1, ad Clédon. & orat. 37. Alius est error citata personam Spiritus S. qui vocatur error Grecorum, non Spiritus S. Divinitatem, sed processum ex utroque negans, cuius refutatio infra disp. 25. specialis locus erit.

Prater jam memoratos, jurati hostes Sacramenta Trinitatis in praesente diem sunt Mahometani, qui cum Judæi & Ariani Filio DEI abrogant Divinitatem, Duce impensis Mahometi, qui suum Alcoranum è sentina superstitionum Hebraicarum, & Arianarum blasphemiarum congessit, usus magistris ex orco se digiis, usus Judæo, & aeterno Ariano.

§. II.

Veritas Catholica ex script. Concilii, Patribus.

Veritas & fides Catholica expresa in Symbolo Nicenio est, ut *unum DEUM in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur, neque confundentes personas, neque subfiantiam separant.* quā confessione pariter continent fides titulus hypothalum, duarum processionum, quatuor rationum, & quinque notionum in personis Divinis.

Et quidem adversus Arianos Divinitas & consubstantialitas Filii aperte definita fuit in Symbolo synodi Nicenæ, Divinitas Spiritus S. vero, ejusque consubstantialitas minus aperte, & quod illa nondum oborta fuisset controversia: quam cùm postea Macedoniani movissent, Symbolo Nicenio in Concilio I. Constantiopolitanó, quod II. inter generales synodos numeratum, ille voces fuerunt adiectæ: *Dominum & vivificantem, qui ex parte procedit, cùmque error Græcorum, nequam Spiritum S. à Filio procedere, invalideret, voculam Filiique Latina Ecclesia postlimini adjecti, atque in tuberculis Concilia prætermissa Lataranensi sub Innocentio tertio explicatis, mē tradidit, ut habetur in C. firmiter. de SS. Trinitate.*

Celebris quoque habebatur prisca Ecclesia temporibus illa fidei confessio, quam D. Gregorius Episcopus Neocæsariensis à magnitudine mi-

sculorum thaumaturgus cognominatus, à DEI para & S. Joanne Evangelista sibi apparentibus acceptam voce & scripto fidelibus commendavir; cùmque teste Spondano ad an. C. 233, tam Orientalis quād Occidentalis Ecclesia approbat, & ut Sacrae depositum cœlitum collatum religiosissime custodivit. Illius apparitionis historia habetur descripta in quinta Oecumenica synodo, fidei vero formulam à Gregorio Nysseno recitata ex Spondano hue transcribere opera premi duxi: ita enimvero se habet: *Vnus est DEVS Pater Verbi viventis, Sapientia subsistens, Potentia & Figura eterna. Perfectus perfecti Genitor, Pater Fili unigeniti. Vnus Dominus, filius ex solo, DEVS de DEO, Figura & Imago Deitatis, Verbum efficax, sapientia constitutionis rerum universarum comprehensiva, & Potentia Universæ Creaturae effectrix, Filius verus veri Patrit, vijsum effugientis, vijsum effugientis, & corruptioni non obnoxius non obnoxii corruptioni, & morti non obnoxius non obnoxii morte, & aeternus aeterni. Vetus Spiritus S. ex DEO ortum & existentiam habens, quippe per Filium apparet, videlicet hominibus: imago Filii perfecti perfecta; Vita, viventis causa, Pons sanctus, sanctitas sanctificationis suppedatrix, per quem manifestatur DEVS Pater, qui ejus super omnia & in omnibus, & DEVS Filius, qui per omnia permanet. Trinitas perfecta, gloria, aqua aeternitate & regno non dividitur, neque ab alienatur.*

9. Quavis vero in Veteri testamento mysterium SS. Trinitatis, non tam clare fuerit manifestatum, sicut in novo, prout dicetur in Tractatu de Fide, suppetunt tamen etiam argumenta multa & valida ex veteri testamento pagina, per quæ veritatem SS. Trinitatis contra Judæos efficaciter probari SS. PP. agnoscent. Nam primò S. scripturæ letitiam in Genesi ita in Divinis exprimit pluralitatem suppositorum, ut iisdem pariter tribuat unitatem naturæ. Sic Gen. 1. v. 26. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Ubi Tò faciamus, & nostram exprimunt pluralitatem suppositorum creatum, Tò DEUS, & suam unitatem & soliditudinem Divinitatis. Neque valer easilo Judæorum dicentium, DEUM runc Angelos allocutum in creandi hominis Consilium adhibuisse; neque enim ad opus creationis Angelos concurrent potuisse aliunde supponere; cum enim sint creature, non sunt conditores, inquit S. Damascenus l. 2. fid. c. 3. & Athanas. fe. 3. contra Arianos, per Tò vero faciamus concursus creativus exprimitur. Et c. 3. v. 22. Ecce Adam quasi unus ex nobis. Gen. 1. v. 7. Venite, descendamus & confundamus ibilinguas eorum, &c. ubi utroque pluralitas significatur; non DEOrum, ergo per sonarum.*

10. Secundò sunt loca Vet. testamenti, quibus non tantum exprimitur pluralitas, sed etiam trinitas personarum cum unitate Divinitatis, quæ prioribus addita tanto majus pondus probationis efficitur. Sic D. Augustinus mysterium Trinitatis figuratur agnoscit in apparitione facta Abraham de genti in convale Mambre. Gen. 18. *Apparuit ei Dominus (sunt verba S. textus) in convale Mambre; cùmque elevasset oculos, apparerunt ei tres viri stantes prope eum, quos cum vidisset, incurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi,*

& adoravit in terra, & dixit: Domine si invent gratiæ in oculis tuis, &c. In quem locum D. Augustinus l. 3. contra Maximin. c. 26. Tres vidi, inquit & non Dominos sed Dominum appellat; quemadmodum Trinitas tres quidem persona sunt, sed unus Dominus DEVS.

Idem reperit L. 2. de Trin. c. 11. & 12. quam interpretationem etiam amplectitur Ecclesia in re sponsorio quinquagesima: *Tres vidi, & unum adoravit, tanèque PP. Hilarius l. 4. de Trinit. Cyrilus Alex. l. 1. contra Julianum & Athanaf. dial. 3. de SS. Trinit. contra Macedon.*

In illo quoque verlu Psalmi 32. *Verbo Domini nunc celi firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum, Trinitatem indicat affirmat S. Hieron. Trinitatis, inquit, majestas manifestissime declaratur, Dominus, Verbum, Spiritus Domini. Nec minus in Verlu 8. Pial. 66. Benedicat nos DEVS, DEVS noster, benedicat nos DEVS. Benedicat nos DEVS Pater, inquit idem S. Pater, DEVS noster Filius, ipse enim DEVS noster. Et vocabis, inquit Iffias, nomen ejus Emmanuel. i. e. nobiscum DEVS. Benedicat nos DEVS, Spiritus S. Vide mysterium Trinitatis in uno verseculo comprehensum. Ne vero putaretur tres DEOS nominare, subiecti Psalmista in numero singulari: & meruant cum omnes fines terri.*

Celeberrimus in Prophetis locus est Iffas c. 6. 12. v. 3. ubi Seraphim clamabant alter ad alterum, sanctus, sanctus, sanctus Dominus DEVS exercituum, plena est omnis terra gloria ejus. Ubi in To Dominus DEVS Sabaoth unitatem essentiae, in tria repetitione Tò sanctus personarum trinitatem significatam non tantum sententia orthodoxi Patres, Cyrus, Procopius, Ambrosius l. 3. de Spiritu S. c. 23. Augustinus l. 3. de fide ad Petrum c. 1. & Damasc. in Trifag. sed tota Ecclesia Catholicæ, qua hoc sacram Trifagion in singulis Dominicis post Pentecost. & Epiphian. decantat, & in V. synodo Generali, que fuit Constantinop. II. hanc interpretationem confirmat, DEUS quoque insigni prodigio illustrans, cum ingens terræ motus post iteratum à populo Trifagion, sanctus DEVS, sanctus fortis, sanctus & immortalis misere nobis (quod puerulus in æthera abreptus ab Angelis decantari inaudiret, ac restitus populum edocuit) Constantinopoli conquievit, de quo Baronius ad an. C. 446. Sed & ipsius Rabbinus, è quibus apud Galatin. l. 2. c. 1. Rabbi Simon exponit prædictum locum, sanctus hic est Pater, sanctus hic est Filius, sanctus hic est Spiritus S. idque ad sensum paraphrasit Chaldaice; in qua Rabbi Jonathas Uzielis filius ita legit: sanctus Pater, sanctus Filius, sanctus Spiritus S. quod ipsum increata Triados mysterium in Deuteronomio c. 6. v. 4. à Moyle indicatum Rabbinos agnoscere restatur idem Galatinus, per illa verba: *Audi Israël, DEVS, DEVS noster, DEVS unus est.*

Ipsi quoque tetragrammaton, & ineffabilis DEI nomini Jehova implantaram fuisse expressio nem SS. Trinitatis crudite prater Galatinum observat Bonsterius in Exod. c. 3. v. 14. constat quippe hoc nomen 4. litteris Hebraicis, iod, he, vau, he: quarum prima fervilis est, & impertinens ad radicem hava, unde hoc nomen formatur, quod-

quodque essentiam significat. Abiecta igitur littera servili *iod*, qua non nisi formandi nominis gratia preponitur, remanens duo *he*, & unum *vau*, primum *he* significat DEUM Patrem, tanquam fontem, à quo essentia in Filium & Spiritum S. communicative derivatur. Alterum *he* significat Filium, qui ex vi suæ originis per generationem procedit, ut imago & similiculo Patris. Littera *vau*, qua est copulativa, denotat Spiritum S. qui ex personali proprietate est amor & nexus inter Patrem & Filium, & quia ex vi suæ originis non procedit formaliter in similitudinem naturæ, non dicitur exprimere per tertium *he*, sed per *vau*, quod personalem proprietatem & nexum duorum indicat; idemque inter utrumque *he*, velet copula utriusque interjicitur.

Nec ipsa figura litterarum vacat mysterio, nam littera *he*, tempore Moysis scribebatur per lineam rectam, habentem tres lineolas transverse tales: & littera *vau*, scribebatur per unum calamus obliquum habentem tres cuspides, que sunt hieroglyphica trium personarum in unitate essentiae. Chaldei quoque volentes exprimere nomen tetragrammaton ponebant in forma triangulare tria *iod*, subiecto *camet*, & subinde etiam circumducto circulo, quo præter unitatem essentiae, non tantum distinctio personarum, sed etiam omnimoda æqualitas & aeternitas signabatur.

41. Tertiū faciunt in confirmatione sacramenti mysterii quidam textus Vet. testamenti, in quibus processiones & pluralitas personarum insinuantur, licet Trinitas non exprimatur. Ita Genes. 19. v. 24. dicitur: *Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur a Domino de celo*, ubi per Tò *Dominus a Domino* denotari Filium procedentem à Patre contendit S. Ignatius M. Epist ad Antioch. aliisque plurimi PP. allegati ab Eminentibus. Aguirre num. 20. iud. ut ibidem refertur, Concilium Sirmiente Can. 16. Anathema illud dixit, qui illa verba non de Patre & Filio dicta intellexerit.

Rursum distinctionem Filii à Patre probat effaciter celebris locus Psal. 103. *Dixit Dominus Domino meo, sede a destris meis*, ex quo loco suam Divinitatem contra Judæos probat ipse Christus Matth. 22. & Petrus Act. 2.

15. Porro testimonia novi testamenti sunt ipsa claritatis luce efficacissima. Trium Personarum identitatem & unitatem in substantia ostendit D. Joannes Ep. 1. c. 5. v. 7. *Tres sunt, qui testimoniant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus S. & hi tres unum sunt*, quem verbum tametsi jam olim Ariani & recente Lutherus ē Codice novi testamenti proscripserint, tamen in Ecclesia Catholica & quidem primitiva usurpatum, & pro Canonico agnatum fuisse eruditus probat Eminentiss. d'Aguirre loco cit. num. 30. & 31.

16. Opponunt quidem Adversarii: In codem Epist. loco post v. 7, immediatè sequitur: *Et tres sunt, qui testimoniant in terra: Spiritus, & aqua, & sanguis, & hi tres unum sunt*: sed ita non est unitas per identitatem: ergo neque in priori textu intelligenda est unitas per identitatem.

Respondere primò: In Graco textu non haberi bi tres unum, sed in unum sunt: quod longè alium facit sensum, quam (ut in praecedenti verba)

legitur) *hi tres unum sunt*: constat quippe etiam distinctissima, in unum ternam confipere posse, Respondere secundò ex D. Augustino l. 3. contra Maximin. c. 22. Evangelistam loqui de Spiritu aqua & sanguine, tanquam de mysteriis significativis 3. Divinarum personarum: unde juxta obiectam materialē intelligendum esse hæc tria unum esse non entitatib; sed significativē: quia personæ Divinae per hæc tria significata sunt unum in substantia; tria enim hæc ad significantiam Trinitatem & unitatem personarum concuerunt, quando Christus Dominus in *incarnatione* Spiritum & aperto latere continuo exivit *flammas & aqua*. Respondente alii tertio, significari quod sicut in morte Christi Spiritus, aqua & sanguis fuerunt unum in substantia humana Christi; ita 3. personæ sint unum in Divinitatem. Et quartò alii, Joannem loqui de Sacramento baptismi, & significari, quod sicut baptisms flaminis, fluminis & sanguinis sunt unum in ratione Sacramenti; sic Pater, Verbum & Spiritus S. in ratione Divinitatis.

Verbi Divini cum Patre consubstantiationem specialiter probat (1.) ipsum initium Evangelii S. Joannis: *In principio erat Verbum & Verbum erat apud DEVUM, &c.* quo, ut inquit D. Ambrosius l. 1. de fide Trinit. c. 5. omnes heres excludit pectora nostra (2.) Illud Joannis 10. v. 30. *Ego & Pater unus sumus*, quæ tanquam torculari telo SS. Patres Arianam hæc fin oppugnare: unde & Augustinus l. 5. contra Maximum c. 14. exclamat: *quid est homousion, nisi ego & Pater unus sumus?*

Ilo namque loco Christus intendit Iudiciorum testari suam æqualitatem & consubstantiationem cum Patre: quia de causa increduli Iudei *sophi runt lapides, ut lapidarent eum*, dicentes: *Non opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo cùm sis, DEVUM te ipsum facis*.

Elegantissime D. Augustinus Tract. 35. l. Joannem: *Non dixit: Pater, ego sum: aut in & Pater unus est, sed cum dicit: Ego & Pater unus sumus, nimirumque audi, & unum sumus & a charbidi, & a scylla liberaberis. In dubiis verbis, quod dixit, unum, liberat te ab anima, quod dixit, sumus, liberat te a Sabellio. Si sumus, non ergo diversum: si sumus, ergo & Pater & Filius. Sumus enim non diceret de uno; sed natus non diceret de diversis.* (3.) Joannis c. 5. v. 17. Christus suam & Patris operationem faci inuisum, adeoque & potentiam ac naturam, *Pater mens*, inquit, *utque modo operatur, & ego operor: quocunque enim ille fecerit, & Filius similiter faciat. Sicut enim Pater suicit mortuos & vivificat: sic & Filius, quos vult, vivificat.* Quod bene intelligerunt Judæi, qui præterea querebant est inter se faciens DEO. (4.) Jo. 14. qui videt me, inquit Christus, videt & Patrem. Ubi certus indicatur natura identitas; non enim ex unius visione inferunt visio alterius, nisi sint unitis ejusdem substantia. Unde Chrysost. h. 74. in Jo. qui creaturam videt, non ideo videt DEI substantiam &c. Nemo, quid sit avarum noscens, pauperrimi in argento videre substantiam.

Ideo Christus Philippo Patrem videre cū piciunt: ostende nobis Patrem, &c. non tantum subiectum: qui videt me, videt & Patrem meum, super vacaniam eius petitionem ostendens, sed in 1. adject: Non creditis, quia ego in Patrem, & Pater in me est? quod fieri non posset, nisi esset una, eademque utriusque substantia. (5.) Jo. 16. v. 15. Omnia, quaecumque habet Pater, mea sunt. Et c. 17. v. 10. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Ubi item indicatur: quidquid perfectionis in Patre est, illud individuum reperiiri in Filio.

13. Ceterum testimonia, qua specialiter Christo Divinitatem tribuant in Tract. de Incarnatione contra Nestorium & Arium proferemus. Spiritus S. Divinitatem confubstantiale omnia Scriptura testimonia probant, quibus tribuitur ipsi (1.) aequalitas & identitas cum Patre: ut 1. Joa. 5. Et ives unum sunt (2.) virtus creativa ut Psal. 109. Emisses Spiritum tuum & creabuntur (3.) sanctificatio, ut 1. Corinth. 6. Justificari estis in Spiritu DEI nostri. (4.) opus Incarnationis ut Luc. 1. Spiritus S. operaverit in te. (5.) Opus miraculorum 1. Cor. 12. Hoc omnia operatus unus atque idem Spiritus. (6.) Omnipotencia, ut 1. Cor. 2. Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda DEI. (7.) Cultus latræ, ut 1. Corinth. 6. Nequit, quia membra nostra templum sunt Spiritus S. glorificate, &c. (8.) Gloria ultimi finis: ut 1. Pet. 7. in quem desiderant Angeli propicere.

Distinctio quoque Spiritus S. à Filio contra Sabellianos evincitur ex Joa. 5. ubi. Christus de Spiritu S. loquens: Alius est, inquit, qui testimonium perhibet de me. Sed ubi est alius & alius, ibi est distinctio personarum. Sic ratus. Joa. 14. Ego, inquit, rogaro Patrem, & alium Paracelsum dabis vobis.

Eandem distinctionem probat Missio, quâ se Christus à Patre, & Spiritum S. à se & Patre missum vel mittendum testatur, de qua dilp. 25.

Consignavit denique mysterii veritatem Verbum exterrum, cùm formæ baptismi inextinxit confessionem SS. Trinitatis: In nomine (quo unitas substantia astruitur) Patris & Filiæ, & Spiritus S. ubi ponitur distinctio & aequalitas Personarum.

§. III.

Objectiones hereticorum.

Obligunt heretici, præsertim Ariani diversas Scripturas novi testamenti, quibus contantur evincere Verbum esse creatum. Nam

ARTICULUS II.

An mysterium SS. Trinitatis lumine naturali cognosci possit?

S U M M A R I A.

1. Diversitas sententiarum.
2. Principia naturalia in speciem contraria Trinitati.
3. Ostenditur mysterium Trinitatis non esse contra rationem naturalem.
4. Respondetur ad axiomata objeccta.

R. P. Mezg. Theol. Schol. Tom. I.

C c

5. Cor

5. Cur ista axiomata in Divinis non aequae procedant, ut in creatis.
6. Ulterior ratio disparitatis.
7. Testimonia antiquorum Philosophorum pro Trinitate.
8. Testimonium Mercurii Trismegisti.
9. Testimonia Sibyllarum.
10. Rationes naturales ad probandam Trinitatem.
11. Authoritas Apostoli & Anselmi.
12. Scriptura & PP. docent naturalem incognoscibilitatem Trinitatis.
13. Ratio Angelici Doctoris.
14. Ratio Drui Dionysii.
15. Ratio Scotti.
16. Neque datur probabile motivum naturaliter cognoscendi Trinitatem.
17. Ne quidem supposita aliquam revelatione.
18. Congruentia quadam & vestigia Trinitatis explicativa hujus mysterii.
19. Juxta Angel. Doctorem nemo Philosophorum agnouit Trinitatem.
20. Mercurium Trismegistum agnoverisse probabile est; idque ex libro Moyis.
21. Sibyllarum oracula fuerant ex revelatione.
22. Rationes in oppositum allatae diluviantur.
23. Exponitur Authoritas D. Anselmi.
24. In statu pure naturae non daretur cognitionis Trinitatis.

I. Quod trifariam divisam inveniuntur sententiae sunt, qui dicant, mysterium Trinitatis esse contra rationem naturalem, quæ tribuitur Hollandi in 1. dist. 3. Secunda è diametro opposita docet, lumine rationis naturalis demonstrative & evidenter cognosci posse, quæ fuit sententia Abaillardi impugnati à D. Bernardo, tribuitur quoque Raymundo Lullio, & ex parte Augustino Eusebino. Tertiò Alli media via incidentes existimant, supposita aliqua prævia fide & revelatione posse lumine naturali certò deveniri in notitiam Trinitatis, cuius sententia videtur suisse Rich. à S. Victore. Quartademum S. Anselmi & D. Th. Aquinatis communisque DD. est, Rationem naturalem, sive suppositam, sive non suppositam revelatione non posse obtinere positivam & convincentem notitiam hujus mysterii.

§. I.

Mysterium SS. Trinitatis non est contra rationem.

2. Tam Gentiles polytheite, quam heretici Trinitate, Ariani, aliquæ oppugnant mysterium SS. Trinitatis, cù quod repugnat luminis rationis naturalis. Nam primò ajunt, adverterat illi notissimum principio Dialectico: quacunque sunt eadem uns tertio, sunt eadem inter se, & alteri huic affini: quidquid affirmatur de uno, affirmasur etiam de altero identificato cum illo, vel, quod dicitur de omni, dicitur de quolibet contento sub illo. Quorum utrumque principium innititur illi irrefragibili veritati lumine nature & ex terminis notæ. Quodlibet est, aut non est. Vel, impossibile est idem simul esse, & non esse. Duo contradictoria non possunt simul esse vera, vel falsa.

In mysterio autem Trinitatis tres personæ sunt idem cum essentia Divina, nec tamen sunt idem inter se: neque quæ dicuntur de essentia, eadem verificantur de personis, cum illa communicetur, persona non communicatur. Rursus: Lumine naturæ notum est, quod ubi est ortus originis & processionis unius altero, ibi non sit similitas naturæ: oppositum est in Trinitate, ubi non obstante processione unius persona ab altera, nihilominus est simultanea omnium coextensæ & coextensitia. Non minus cum rationis naturalis dictamine pugnat, esse, quod est in producere, non distinguere ab esse, quod est in producere, & productum in suo esse non dependere, producere, quod tamen admittendum est in Trinitate personarum.

Sed vera & Catholica omnium DD. sententia est, mysterium SS. Trinitatis nequam esse contrarium rationi naturali. Nam primum verum non repugnat vero, sed verissimum est mysterium SS. Trinitatis; lumen quoque rationis naturalis, utpote mentibus à DEO infusum est verum: ergo impossibile est, ut mysterium SS. Trinitatis sit contra rationem naturalis, quamvis eandem infinitis pathibus perge edatur. Secundò, que sibi contrariantur, intra ejusdem ordinis limites continentur: sed veritas SS. Trinitatis longius excedit ordinem & limites rationis ac luminis naturalis: ergo ipsi contrariati non potest. Unde tertio. Ut mysterium SS. Trinitatis debet contra rationem naturalis, deberet ostendere aliquod principium irrefragabile, ex quo per legitimam consequentiam deducatur repugnancia ipsius; atque nullum ejusmodi principium & discursus ostendi potest, ut ex oppositiorum rationum solutione patet.

Igitur ad 1. Respondeo juxta dicta in priori Tractatu Disput. 4. a. 3. illud axioma (quod frustra aliqui conantur vocare in dubium) non refragari mysterio Trinitatis: nam quæ sunt eadem uni tertio adæquate, & tam re, quantitate, tam formaliter, quam virtualiter, sive eadem inter se, concedo; quæ sunt eadem uni tertio inadæquate & identitate reali formaliter, non autem rationis & virtuali, nego. Atque Pater identificatur cum Divina essentia, ut non identificetur cum omni eo, cum quo essentia identificatur, nempe cum Filio & Spiritu. Quod est inadæquate identificari, & identificari cum ipsa formaliter, ut tamen ratione & virtualiter distinguantur. Ad 2. quoque & 3. Resp. Illa axiomata rationis naturalis non nisi de rebus creatiis, materia & potentialitatibus immersi verificari, quia ortum trahunt à rerum limitatione & potentialitate, neque sub aliquo communione principio, vel termino tam enti factu quam creato communi habere locum.

Si petas rationem, cur ista axiomata in rebus creatiis procedant, fallant verò in Divinis & cur in creatiis absque limitatione valeat illa regula: quacunque sunt eadem. &c. in Divinis verò non nisi limitata, si sint eadem adæquate, re & ratione? &c. Respondeo primò rationem esse, quod hoc sit præcipuum funda-

Fidei mysterium, quod omnem rationem transcedit, ideoque intellectui in obsequium Fidei captivato sufficere debet, quod & unitas Deitatis, & personatum ternarius nobis in SS. Scripturis fit revelatus.

Hac responsione olim compescueré Arianorum importunitatem SS. PP. Suscipimus (inquit D. Augustinus l. 1. de Trinitate c. 1.) eam ipsam, quam flagitant, reddere rationem, quād Trinitas sit unus DEVS & sōlus & verus: & quām recte Pater & Filius & Spiritus S. unius ejusdemque substantia vel essentia esse dicatur, credatur, intellegatur. Eleganter Hilarius l. 8. de Trinit. Sapientia hoc veritas est, interdum sapere, quod nolis Egavicer Tertullianus de p̄script. Qui fidem querit, rationem non querit, quid Athanasius & Jerome: quid Academie & Ecclesia? Nostra in finitu de p̄tēta Salomonis est, qui mox DEVAM in simplicitate cordis querendū. Optime Cassianus. 4. de Iucat. c. 6. Rationem querimus? non redio. Interim DEVS hoc dixit: DEVAS locutus est nob̄. Verbum illius summa ratio est.

Respondeo secundō. Disparitatem inter DEUM & creaturam involui in ipsis terminis; quia DEUS est actus purus, simplicissimus, omnis autem creatura ens finitus, limitatus, & imperfectus potentialiter; unde regulē & axiomata in rerum creaturarum inductione fundata, in Divinis fallunt. Audi Nazianz. orat. 5. de Theol. Eunopii argumentis respondentem: Profecto turpe est, nec turpe solam, sed etiam admodum subtiliter & inane, ex humiliis & terrenis rebus superiorum finalium funere, quodque Ieraias ait, giventer in mortuis querere. Nempe: Negat quodammodo DEVAM, quisquis rationibus humanis DEU M metiri conatur, inquit S. Zeno Ver. sermon. de fide.

De his quoque regulis loquens Cytillus Alex. l. 11. in Jo. ita tun Genitium, tum hæretorum argumenta refellit: Si nihil inter nos & DEVAM est differens, Divina nostris metiamur. Sin autem incomprehensibile est intervallum, cur natura nostra defens canonem & regulam, ac normam DEO praescriptam ex iis, que nobis impossibilia sunt, necessitatibus naturam omni necessitate poterem?

6. Declaratio ulterior potius, quām ratio disparitatis est, quod DEUS sit actus purus, infinitè simplex, cuius exempla non reperitur in creaturis, hoc ipso quod sunt creaturae. Esta autem de ratione actus puri habere omnem perfectionem & actualitatem, ac de ratione infinitè simplicitatis, illam omnem sibi identificare, & esse rotum, quod haber. Cimergo inter perfectiones aliae sint absolute, aliae relativae, ut facunditas, productivitas, &c. consequitur, quod DEUS in sua essentia per simplicissimum identitatem complectatur omnes perfectiones tam absolutas, quam relativas, adeoque etiam earundem prædicta formalia & essentialia: aqua essentialia est perfectionibus relativis habere inter se oppositionem & distinctionem relativam realem, quod non est essentialie perfectionibus absolutis, nisi ratione adjuncta limitationis, ergo DEUS in sua essentia ita sibi identificat omnes perfectiones tam absolutas, quam relativas, ut in absolutis & relativis ad absolutas

R. P. Merz. Theol. Schol. Tom. I.

comparatis nulla sit nisi virtualis propter eminentē equivalentiam, in relativis ad se mutuā comparatis sit actualis realis distinctio. Huc digitum intendit S. D. in 1. dist. 33. q. un. a. 1. ad 2. In nulla recreata inventur aliquid simile Divine simplicitati, ut habens sit id, quod habeatur. Omnia enim similia, quae possent induci, vel de punctis, vel de differentiis existentibus in genere, plus habent de diffimilitudine, quam similitudine, &c.

Hinc sapienter monet Eminentis. noster de Aguirre, illud axioma: quocunque sunt eadem uniter, &c. si sub communissima ratione abstrahente à creatis & increatis sit accipendum, non nisi sub distinctione prius data admitti posse. Si sint eadem adequate, tam re quam ratione, tam formaliter quam virtualiter, concedo; iesūs, nego. Cetera vero præmissa axiomata Philosophorum, quia desumpta ex inductione rerum creatarum potentialitatē immergarum ad Divina applicari non possunt, prout pluribus deducit Illustrissimus Reding. q. 11. a. 1. controversi. 2. à n. 11.

§. II.

Argumenta Suadentia existentiam vel possibilitem Trinitatis ratione naturali evidenter aut probabiliter cognosci posse.

Primum argumentum movet Engubinus l. 1. 7. de perenni Philosophia ex testimoniosis antiquissimorum Philosophorum, qui processione Verbi Domini, inquit ipsam Trinitatem scriptis consignarunt, non utique revelatione Divinā, cuius erant expertes: ergo lumine naturali & instruccione à Chaldais in Ægyptios, ab his in Phœnices & Græcos derivata: concordat S. Cyrillus Alexand. l. 2. contra Julian, adducens Orpheum ita canentem.

*Calum adjuro te DEI Magni sapiens opus,
Vocem adjuro Patris, quam locutus est primum,
Quando nondū universum suis firmavit consilio.
Ubi vox Patris aliud intelligi nequit, quam Verbum divinum. Magi quoque Chaldaei Zoroastris postea dixisse feruntur: Omnia perfecti Pater, ac Meni tradidit secundo, quam vocat primam omnino hominum genus.*

Ex Gracis quoque sapientibus præpter Athanagoram Plato inducitur, qui tum alibi, tum in Phileto, Mentem, Gracem vñ à Bono (sic Patrem & primum principium appellabat) distinguens de illa sic loquitur. Hunc igitur, inquam, vocare me dicit illius Boni fatum, quem Bonum submetitur proportione quadam respondentem gennit. Unde & postea Platonici duo distingebant rerum principia: τὸ άγαθόν, τὸ βόνον. Bonum & Mentem.

Cumprimitis vero allegatur Hermes seu Mercurius Trismegistus, b. c. ter maximus, ob sapientia præstantiam sic dictus, Sacerdos Ægyptius, Philosophorum facile antiquissimus, quem aliqui Moysè antiquiore tempore Abrahami vixisse contendunt. Suidas apud Euseb. l. 2. c. 17. affirmit, nomen Trismegisti eidem impositum ob enuntiatum Trinitatis mysterium, sic enim de ipso loquitur: *Mercurius ter Maximus is fuit sapiens Ægyptius. Flovuit ante Pharaonem. Appellatus est ter Maximus, quoniam de Trinitate edidit.*

204 Tractatus II. Disputatio XX. Articul. II. §. II. & III.

edidit oracula, dicens, in Trinitate unam esse Divinitatem, his verbis. Erat lumen intellectuale ante lumen intellectuale. Et erat semper Mens Mentis luminosa. Enim nihil aliud erat, quam horum unitas, & Spiritus omnia continens. Extra hunc non DEVS, non Angelus, non substantia illa alia. Omnim enim Dominus & Pater, & DEVS, Omnia sub ipsum, & in ipso sunt. Nam verbum ejus perfectum, ex sten, & facundum & opifex lapsum in secunda natura, & aqua secunda prolificum fecit aquam. Celebratur præ alii dictum ejusdem Trismegisti, quo Mysterium SS. Trinitatis haud obfure significavit: *Mones genuit Monadem, & in se suum reflexit ardorem.*

9. Nec prætermittenda sunt vaticinia Sibyllarum, que non tantum Incarnationis, sed etiam Trinitatis mysterium distinctis verbis indicantur, iisque D. Justinus M. Clemens Alex. aliquæ Ecclesiæ PP. tanquam principis admissi à Gentilibus contra eosdem Genitiles læpe pro Christiana veritate pugnauerunt. Sibyllæ Delphicae adscriendum oraculum existimat Eminentiss. de Aguirre disp. 53. sc. 4.

*Principio DEVS est, tum Sermo & Spiritus ipsi
Additur: & quæva haec sunt, & tendentia in
unum.*

Non minus exprimitur Trinitas in illo carmine, quod habetur l. 6. oracul. Sibyllinorum.
*Äterni Magnum Natum cano pectore ab imo.
Cui solum Genitor tribuit supremus habendum,
Nondum progenito siquidem de corpore duplex
Exitit. Est autem peritus fluitibus annis
Jordanis, glauco cuius pede volvitur unda.
Et igne ex primo primus DEVS, qui & suavem
Spiritu fatum albis aliis columba, &c.*

Ubi sermo habetur non tantum de Genitore, & genito, que frequens mentio, & penè graphica descriptio in carminibus Sibyllinis, sed etiam de Spiritu S. in Christi baptimate apparente sub specie columbae. Et ne quis existimat, plures DEOS afferi in 3. personis etiam unitas habet expresa in l. 8. illo versu:

*Solus enim DEVS est, non est DEVS alter ab illo.
Ceterum neque antiqui Philosophi, neque Sibylle mysterium SS. Trinitatis aliunde, quam ratione naturali didicerunt; præfertim cum D. Ambrosius in Comment. Ep. 1. Corinth. c. 11. ex presé dicit, Sibylla Diabolico potius, quam Divino spiritu agitata oracula edidisse.*

10. Ex ratione quoque ducitur argumentum: Ratio naturalis dicit Ens actualissimum esse illimitatum: rursus, eadem ratio dicit, intelligentiam actualissimam esse sui intelligibiliter expressivam, & inclinativam in sui amorem: atqui Verbum procedit per expressionem intelligibilem, & Spiritus S. per amoram inclinationem: ergo per rationem naturalem deveniri potest in cognitionem diversarum processionum, adeoque & mysterii totius SS. Trinitatis.

Secundò. Ratio naturalis dicit bonum esse sui communicativum: adeoque quantò majus bonum, tantò perfectius sui communicativum: sed eadem ratio dicit DEUM esse summum & infinitum bonum: ergo pariter dicit DEUM esse summo & infinito modo communicativum: sed ista infinita communicatio fit per processionem ad in-

tra, quâ simul communicatur consubstantialis natura, in quibus totum mysterium Trinitatis constitit: ergoratione naturali mysterium Trinitatis deprehendi potest.

Tertiò. Gignere sibi simile est magna perfec^{tio}, DEO nequaquam deneganda, unde dicitur Il. 66. qui alios parere facio, ipse non param: qui cateris generationem tribuo, steriliis erit ergo in DEO processionem generativam naturali lumine cognosci potest.

Quartò. Perfecta amicitia non datur sine personarum lese reciprocè amantium æqualitate: neque perfecta felicitas sine aequalium locutis: sed neque perfecta amicitia, neque felicitas DEO deneganda est, ut lumen rationis dicat: ergo in illo admittendum esse æqualitatem pluriorum personarum dicitur ratio naturalis.

Denique & S. Anselmi authoritas in hoc tentiant allegatur, qui exponentes illud Rom. II. Invincibilis DEI per ea, qua facta sunt, intellecta conspicuntur, sempiterna quoque eis virtus & Divinitas, dicit, nomine virtutis redit intelligibilium, & nomine Divinitatis Spiritum S. in & Cyrilus I. 1. Thel. c. 5. probat, per virtutem DEI in illo facto texu significari Filium. Atque hoc loco Apostolus redargit antiquos Philosophos tanquam inexcusabiles, quod cum Veritate Divinitatis lumine naturali cognovissent, non tamen ut par erat, DEUM glorificaverint: ergo agnoscit Apostolus distinctionem trium personarum à Philosophis naturali lumine agnitos fuisse.

§. III.

Resolutio negativa.

Communiſtamen Catholicorum DD. sensu-
tria est in claro S. Scriptura textu fundatione posse ratione naturali, discursu vel evidenti, vel positivè probabili perveniri in notitiam SS. Trinitatis. Sic indicavit Christus Marth. 11. c. 21. dixit. *Nemo novit Parvum, nisi Filius, & in cœlum Filius revelare.* & c. 16. ad Petrum *cœlum sanguis non revelavit tibi, sed Pater noster, &c.* Apostolus quoque I. Corinth. 2. v. 7. & 8. *Loquimur DEI sapientiam in mysterio, qua abscendit ea, quam nemo Principum knus facit cognovit.*

Ita & SS. PP. loquuntur. D. Ambrol. I. 1. de fide ad Gratianum: *Non potest homo intelligenter tristitia aeterna generationis fore secretum: mens delectio, & silet, &c.* D. August. I. de Spirit. & c. 22. *Ex his, que cognoscuntur a nobis, quædam sunt infra rationem, ut ea, que sensu percipimus: quædam autem secundum rationem, ut ea, querentes percipimus; quædam deinceps supra rationem, quæ nec sensu docet, nec ratio persuaderet, sed a Deo divina revelatione comprehenduntur, aut Divinis in Scripturarum auctoritate creduntur: ut DEUS in una substantia esse personaliter trinum. D. Anselmus noster monolog. c. 62. *Videatur mihi in jussu tam sublimis rei secreta transcendere omnem intellectus aciem humani, & idcirco conatus explicandi qualiter hoc sit, contrendendum puto.**

Probatur primò ratione ex Ang. Doct. q. 32. a. 1. desumpta. Non datur deo naturali cognitionis, nisi per creatos effectus, qui ratione fuerunt

intrinsecæ dependentia ducunt in cognitionem creatoris, à quo procedunt: sed effectus creari non procedunt à DEO, ut trino, & secundum proprietates aut substantias relativas; sed ab ipso ut præintellecto relationibus, secundum rationem omnipotentia & artis communem omnibus Divinis Perlonis: ergo naturali lumine Trinitas, ne quidem, ut possibilis cognosci potest. Nam si ut possibilis cognoscetur, cognoscetur etiam ut actu existens, cùm nihil DEO intrinsecum sit possibile, quod non hoc ipsò sit in DEO.

Secundo. Præcipuum fidei nostra mysterium & fundatum lumin naturali non potest esse per vium, juxta citatum Apostoli textum. *Loquimur DEI sapientiam, &c.* scit enim ipsa fides, sic vel maxime fundamētū fidei debet esse invidens.

14. Tertiò probatur ratione defumptā ex S. Dio-

nyo c. 7, de Divin. nomin. Triplex est modus

cognoscendi Divina: primus per detractionem, h.e. ablationem imperfectionum, que reperiri in creaturis, veluti cùm DEUM dicimus in comprehendibilem, immortalem, immutablem, &c. Secundus quasi per additionem & supereminentiam perfectionum, que modo SS. PP. DEUM appellant superlativem, superbonum, &c. quo significant perfectiones, DEO nobisque analogicē communes modo infinitē perfectionē reperiī in DEO. Tertiū per ascētū ab effectibus ad cauā. Sed nullo ex his omnibus modis possumus naturaliter habere evidētē cognitionē Trinitatis: ergo. Non primō modō: quia Trinitas non affirmatur de DEO per remotionem aliquis imperfectionis reperta & cognita in effectibus creatūrā: neque nobis naturaliter constare potest, an sit possibilis talis perfectio. Non secundō modō, quia per illum manuducimur ad cognoscendas perfectiones Divinas, que nobiscōm analogicē communes. Non tertio modō, quia, ut dictum, SS. Trinitas non cauā ista creata secundū suas proprietates personales, sed secundū perfectiones absolutas sapientia, artis, omnipotentia, &c.

15. Probarū quartū argumento subtilis Scotti. Pre-

dicata, qua per se propriissimè includuntur in conceptu subjecti, cognoci nequeunt illo lumine, quo obtineri non potest quidditativus & propriissimus conceptus subjecti: sed Trinitas perlustrat in unitate substantiae est propriissima DEO, & incommunicabilis creatura: ergo lumine naturali, quo quidditativum DEI conceptum habere non possimus, nequit penetrari.

16. Quia argumenta evincunt, neque positivam probabilitatem hujus mysterii naturali ratione obtineri posse; nam & ista principium haberet sensibus, sed ne probabilis quidem connexio aliquis creaturæ sensibus perceptæ cum relativis substantiis cognosci potest. Præterea omnis etiam probabilis discursus nititur illo principio, quacunque sunt eadem unitertio, &c. sed ratio naturalis postulat oppositum deduceret ex hoc principio, quidam mysterium Trinitatis. Unde: illua virtus luminis naturalis cognosci non potest, quod transcendit prima principia ipsius: sed mysterium Trinitatis transcendit prima principia nostræ intellectus: nemp̄ dictum de omni & nullo: quacunque sunt eadem, &c. ergo.

17. Sed nunquid saltem supposita revelatione SS.

18. Trinitatis potest intellectus invenire rationes evi-

denter aut probabilitate illatas ejusdem mysterii, velex alterius veritatis supernaturalis v.g. visionis beatifica revelatione procedere ad inferendum SS. Trinitatis mysterium; sicut supposita revela-

tione rationalitatis in Christo, infert evidēti

dicurū, Christum esse risibilem? Sed ne hoc

quidem est admittendum; non enim illa revela-

tione facit, ut sit aliqua connexio hujus mysterii

cum effectibus creatūrā, vel ut illud contineatur

sub principiis nostri intellectus, sed ipsum rema-

net primum principium indemonstrabile nostræ

fidei: ergo neque facta revelatione datur evi-

dētia vel positivē probabilis cognitio Trinitatis.

Dixi: positive probabilis; nam negative datur

evidētia Trinitatis, in quantum solvi possunt

omnia argumenta opposita contra Trinitatem, de

quo hoc loco non est disputatio.

Præterea supposita revelatione dantur quædam g.

congruentia, umbra & vestigia Trinitatis in rebus creatūrā: quibus hujus mysterii credibilitas confirmari & declarari possit: quia tamen, quia plus continent recessus, quam accessus, dissimilitudinis quam similitudinis, ad veram probabilitatem adstruendam non sufficiunt.

Porro ejusmodi vestigia SS. Trinitatis cernuntur in ternario numero multitariam rebus creatūrā insita. Nam (ut observat Contensonus) tres gradus essendi, videlicet esse, vivere & intelligere totam componunt creaturarum universitatem:

1. sunt rerum seu corporum naturalium principia apud Peripateticos, privati, materia & forma; apud Chymicos, al., sulfur, & mercurius.

2. genera entium, pure Spirituale, pure corpo-

rum, & corporeo-Spirituale: tres hierarchie

Angelorum, & cuiuslibet hierarchie tres ordines:

triplex animæ facultas, intellectus, memoria &

voluntas: tres proprietates entis, tres corporis

dimensiones, &c. unde nec mirum, quod Gentiles

ternarium numerum quasi sacrum in factis suis

obseruerint, sive quædam obseruatione natura,

sive instinctu Diaboli Divinum cultum affectantis,

quemadmodum & Peruanoz solis statuas ado-

râles, refert cit. de Aguirre num. 16.

Nonnullæ etiam idoneas similitudines ad ex-

ponendam Trinitatem refert D. August. ut Sermon

38. de V. D. quod sicut in codem tempore simul

sunt ignis, splendor & calor; ita & in eternitate

similis Pater ignis consumens, Filius candor lu-

cis aeterni, & Spiritus S. suo amore corda nostra

caefaciens. Et Sermon. I. de V. Ap. c. 53. adducit

similitudinem solis, in quo uno sunt cursus, splen-

dor & calor. I. 14. de Trinit. c. 8. Tres animæ

operationes. Mens, inquit, meminit sui, intelli-

git se; hoc si cernimus; cernimus Trinitatem, non

dum quidem D EVM, sed imaginem D EI.

Que omnia tamen, ut dictum, eti tantum mys-

terium ruderibus aliquatenus adumbrent, tamen

ad probativum medium non sufficiunt, cum ad-

huc semper major disparitas quam paritas cum

summa Trinitatis mysterio reperiatur.

§. IV.

Satisfit fundamentis in oppositum adductis.

A D argumentum e Scriptis antiquorum Philo-

sophorum petutum universum respondet An-

gelici

gelicus Doctor q. 32. a. 1. ad 1. Philosophos non cognovisse mysterium Trinitatis per propria, que sunt paternitas, filiatio, & processio, sed secundum quadam essentia attributa, que appropriantur personis, nempe potentiam, sapientiam & bonitatem. Speciatim de Platonicis responderet, quod, cum uterentur vocabulo *Verbi*, illud non intellexerint, secundum quod *Verbum* significat Personam genitam in divinis, sed secundum quod per *Verbum* intelligitur ratio idealis, per quam DEVS omnia condidit, qua Filius appropriatur: inquit quod posuerim unum priusunem, quod vocarunt Patrem totius universitatis rerum, deinde alias substantiam sub eo, quam vocabant mentem, in qua erant rationes omnium rerum; non tamen ponebant tertiam substantiam, quam videtur Spiritui S. respondere: unde Plato non Trinitatem aequalium Personarum in unitate substantiae, sed vel solum principiorum dualitatem, vel ad summum triplicitatem agnouit, cum inaequalitate & distinctione naturalium, ita ut summa natura esset in Patre, in ceteris vero inferior & dependens à Patre; qui inquit turum loco cit. S. D. *I* fuit error Origenis, & *Arii* sequentium *Platonicos*, quo ex capite Tertullianus *Platonem omnium hereticorum contaminarium* appellavit. Trismegistus quoque D. Thomas sic interpretatur: *Cum dixit: Monas genitii Monadem, & in se suum reflexit ardorem: non est referendum ad generationem Filii, vel processionem Spiritus. Sed ad productionem mundi. Nam unus DEVS produxit unum mundum propter suipius amorem.* Ita Doctor Angelicus.

20. Non tamen eo inficias, SS. Trinitatis arcanum probabiliter à Mercurio Trismegisto cognitum & Scriptis traditum fuisse, siquidem ipsius testimonio antiqui PP. usi fuerunt adversus Gentiles, & Laetantes l. 1. divini inst. c. 6. & l. 4. c. 6. & 7. Non dubito, quin ad veritatem Trismegisti hāc aliquā ratione pvererit: qui de DEO Paire omnia, de Filio vero locutus est multa, que Divinis continentur arcana. Ergōne ad illius summi arcani cognitionem naturalis rationis ductu pervenit? Neququam: nam quidquid nonnulli sentiant de ictius Mercurii antiquitate, eācum Moyse antiquorem faciant; longē vero filius est, Moyse juniorēm fuisse, atque ex ejus tum dictis, tum scriptis veritatem Trinitatis hausisse, siquidem Moyles Inacho & Isidi, quam Ägyptiis litteras tradidisse, Graci suis fabulis inferuerunt, ex D. Iustini & Tertulliani mente coevus fuit; immo eundem Moysem non tantum inter sacros, sed etiam prophanos scriptores primum fuisse, ac proper litterarum inventionem, modò sub Anubis, modò sub Mercurii schemate & nomine ab Ägyptiis pro DEO habitum & honoratum, eruditè probat Eusebius Nierenberg. de Orig. S. Scripturæ L. 3.

21. Quid ad Sibyllas attinet, constat eas supernaturali instinctu & revelatione futura didicisse; neque refert, quod simul fuerint Gentilium Diis sacrificisque addicte: est enim prophetia gratia gratis data, que non requirit sanctitatem subjecti;

volutque DEUS ad majorem evangelii preparationem ut ministerio istarum Gentium Virgnum, ut ipsarum ore Gentiles Divino Verbo credulos confunderet, tuisque armis oppugnare quemadmodum & ipsi Dæmones Christi adventum enunciare ē suis idolis coacti fuere.

Ad primam rationem Respondeo. Erans enim ratio naturalis dicitur Ens actualissimum esse intellectivū adeoque expressivū & proleccivū, si expressione & amore essentiali, non tam explicatione & amore notionali cum distinctione personarum proprietatum in unitate essentiae.

Ad 2. Respondeo. Intellectus sibi relatum contentum fore, quod DEUS seu bonum infinitum sit infinitè in diffusum per productionem & creationem ē nihil, que requirit virtutem infinitam, nulli creature communicabilem. Ipsam, vero communicabilitatem ad intra non nisi revelatione potest cognoscere.

Ad 3. Respondeo. Abstrahendo à revelatione, & gignere sibi simile non esse perfectionem gignentis; neque enim à natura intenditur proper perfectionem gignentis & individui, sed proper perfectionem & bonum speciei, adeoque non reperitur in Angelis, ubi non datur corruptibilitas & multiplicatio individuorum sed una specie Porro Divine generationis arcanum, cum infinita superer generationem humana, ab ita non est fas ad illam argumentari: unde & Ilias: Generationem ejus quis enarrabit! Sed neque cognitā generatione sequitur cognitio ē identitatem naturā in genito & processionem Spiritus S. Adeoque nec admisitā cognitione generationis adiungit cognitio mysterium SS. Trinitatis.

Ad 4. Respond. Per rationis naturalis iudicium nullam amicitiam & societatem quadruplicem intra DEUM, quem infinita natura condidit nemini parem esse finiteret; cum tamen perfecta amicitia & societas non nisi inter partes, aut familiis inveniatur. Dicere quoque, amicitiam & societatem esse infinitatis humanæ praefidia, quae in DEUM transferri non debent, qui bonorum suorum non egerit, & soli sibi sufficiunt.

Ad ultimum ex D. Anselmo adductum. Respondeo ex S. D. supr. cit. antiquos Philosophos per ea, que sa clā sunt, cognovisse DEUM trinum, secundum predicata communia, ut sunt virtus, potentia, sanctitas, Divinitas, que trino perfectis appropriantur, ita tamen, ut ejusmodi appropriationis peculiares rationes, & proprietates personales non cognoverint, adeoque nec DEUM ut Trinum, sed ut unum solunmodo ex creaturis agnoverint.

Inferes ex dictis: si daretur status puræ naturæ, in illo nullam haberi posse cognitionem Trinitatis. Ratio est: quod status puræ naturæ praescindat ab omni dono supernaturali; sed impossibile est sine lumine supernaturale revelationis cognosci SS. Trinitatem, ut hucunque probavimus: ergo pariter est impossibile, ut in fieri puræ naturæ cognoscatur mysterium SS. Trinitatis.

DISPU-

DISPUTATIO XXI.

DE

Divinis processionibus.

Ad q. 27.

Praemissis in priori disputatione praeliminaribus, nunc ad ipsius SS. Mysterii particularē expositionem progredimur; & quia Divinæ Personæ constituantur relationibus; relationes vero fundantur in processionibus; ideo cum S. D. primus de processionibus, deinde de relationibus, disputabimus.

ARTICULUS I.

An, que, & quot sint processiones in Divinis?

SUMMARIUM.

1. Processio quid nominis?
2. Veritas Catholica de existentia processionum.
3. Ratio illarum.
4. Numerus processionum.
5. Quo sensu in Divinis sit Ens ab alio?
6. Nulla sequitur dependentia in persona procedente.
7. Disparitas de visione beatifica.
8. In Divinis non datur causa, aliud, alter, principium: datur alius, & principium.

§. I.

Existentia & numerus processionum.

Processionis nomine intelligimus emanationem, sive originem unius ab alio tanquam principio producente, qua considerata ex parte termini procedens est & dicitur processio passiva, ex parte vero principii procedens est & dicitur processio activa. Quodlibet terminus productus ex extraneis producenti, vocatur processio transiens & ad extra; quo modo transeuntes à DEO procedunt omnes effectus creati. Si sit intra producentem, vocatur processio immanens, & ad intra, de qua agitur in presenti.

2. Est in primis fide certum, dari in DEO reales processiones, ita proununtiante Symbolo Nicæno, de Filio quidem per illa verba: *DEUM de DEO, lumen de lumine, &c. ac de Spiritu S. Quis ex Patre Filioque procedit.* In symbolo quoque Athanasi dicuntur: *Filius à Patre solo est, non non factus, nec creatus, sed genitus, Spiritus S. a Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.* Constat ex sacro textu, ubi de secundo & secunda Persona Christus Jo. 3. *Ego ex DEO processi.* Et Joa. 16. *Exihi à Pare & veni in mundum.* De Spiritu S. autem Jo. 15. *Spiritum Veritatis, qui à Pare procedit.* Quae verba de processione ad intra, non de extranea processione effectus à sua causa (ut impie interpretatur Arius) accipienda esse docent alia Scriptura, quibus Filius cum Pare confubstantia asseritur: ut Jo. 10. *Ego & Pater unus sumus.* Jo. 14. *Non credatis, quia ego in Pare, & Pater in me est?* Atque ita definitum habetur verbis, eisdem Symboli Nicæni.

3. Ratio quoque est primus. Datur ex fide Trinitatis Personarum, inter se realiter distinctarum:

ergo etiam datur processio realis. Consequenter probatur. Nisi daretur oppositio relativa, non daretur realis distinctione Personarum; sed nisi daretur realis processio, non daretur realis distinctione Personarum: ergo. Major constat ex receptissimo axiomate Doctorum Catholicorum, quod in Divinis nulla est realis distinctione, ubi non obviat relationis oppositio. Minor etiam est certa: quia relations Divina fundantur in origine & processione unius ab altera.

Secundus. Processiones intelligibles & immateriales depurati possunt ab omni imperfectione; atque juxta Catholicum dogma cum intima communicatione efficientia & confubstantialitate coniuncte, in DEO arguunt infinitam perfectionem facunditatis: ergo iunctu admittenda in DEO.

Caterum ex his ipsis Scripturarum locis de numero processionum constare potest. Totum nimurum sunt processiones passivæ, quot sunt termini & Personæ procedentes; sed plures personæ procedentes ex memoratis Scripturarum locis non sunt, quam duæ, Verbum videlicet & Spiritus S. ergo neque plures sunt processiones passivæ. Cumque processionibus passivis respondant processiones activæ; quemadmodum cuilibet termino producendo respondet principiū producens, totidem quoque sunt processiones activæ.

Præterea tot sunt processiones activæ, quot sunt actus immanentes, quibus aliquis terminus ad intra produci potest; sed actus immanentes sunt tantum duo; actus videlicet intelligendi & volendi: quorum ille ut affectus notione & relatione paternitatis, vocatur *ditio*; iste vero ut affectus relatione spiratoris vocatur *spiratio*: ergo. Unde S. D. hic a. q. *processiones in Divinis, inquit, accipi non possunt, nisi secundum actiones, quae in agente manent, huiusmodi autem actiones in natura intellectuali non sunt nisi duæ, scilicet intelligere, & velle, &c. Relinquitur igitur, quod nulla alia processio possit esse in DEO, nisi Verbi & amoris.*

§. II.

Objectiones & corollaria.

Obijc. primus. Si darentur in DEO processiones, in DEO daretur ens ab alio: sed hoc repugnat: ergo & prius, sequela constat, quia Filius